

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Feria VI. Post Dominicam VI. Qvadragesimæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](#)

uoces. Nostras adhæc animas à mortuis ex-
cita, vt nemini nisi tibi soli viuentes, aliud
non spirent, quam gloria nominis tui in
hoc seculo, & in altero beatitudinis æternæ
fruitionem exspectant. Amen.

FERIA VI. POST DOMINI-

CAM VI. QUADRA-
GEMINA.

Partitio.

- I. De humana vita breuitate.
- II. De Lazaro infirmato.
- III. De Lazaro resuscitato.
- IV. De mortuo in peccandi consuetudine.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania
de castello Martha & Mariae sororum
eius. Ioann. II.

F I G V R A.

4. Reg. 4.

SVnamitis illa mulier, extremo propter
vnici filii mortem dolore affecta, ad pedes
Elizæ prophetæ sc̄e prosternens, ac lachry-
mis, lamentus, & fœmineo vultu àërem fa-
tigans, ita eum permouit, vt filium importu-
nitatem viñtus, ad vitam reuocari. Attollite o-
culos, Auditores, eosque in hodiernum Eu-
angelium coniicite, & eandem pene rei serie
hic perspicietis: hoc namque loco duæ mu-
lieres, duæ inquam sorores, fratris morte in-
gemiscentes, Christi pedibus adoluuntur,
eumque precibus & lachrymis adeo permo-
uent, vt earum postulatis annuens, fratrem
novo quadam & inauditò modo ad vitam
reuocari. Quid vobis videtur? an non ma-
gnus hic virtusq; rei consensus & cōmunitio?
illuc mater pro filii, hic sorores pro fratri
vita supplicant: illuc Propheta mortuū ex-
citat, hic omnium Prophetarum Princeps.
Illud vero discriminis subest, illic scilicet E-
lié discipulum & seruum, hic vero filium Dei
vñigenitum miraculi patratorē esse, mira-
culi inquam, cui simile Christus nunquam
edidit, legitur, quodq; miris casibus redu-
dat: in eo namq; sepulchrum aperitur, insti-

te dissoluūtur, saxum revoluitur, ac morem
ad vitam reuocantur, plura audieris, si Spin-
tus sancti auxilium induauerimus, & Au-
gelorum hominumque reginam salutatione
Gabrielis salutauerimus.

AVE MARIA.

Expostulare cum rerum omnium creati-
ce natura solitum ferunt Theophrastū Phi-
losophum, quod longius vitæ spatiū cor-
nicibus & coruīs quam hominibus dedit. Cū. p. 77
Magnus ille quoq; naturæ arcanorum inda-
gator Plinius, nostrā ætatem cum animaliū
vivacitate comparans, eandem querelam re-
nouauit, naturam dicens ceteris animantib,
matrē, soli vero homini nouercam extitisse
cum enim cornices ad quinque secula vitam
producere, ceruos ad nouem: ceruos ad mil-
le aunos vivere, Phœnicem vero ad bis mil-
le, videret, inter tot vero hominum myria-
des vix vnum atq; alterum reperiri, qui cen-
tesimum annum pertingat, naturam maxi-
mam hominibus iniuriam irrogasse dicebat. cap. 4

Ac merito quidem mea sententia, Gentiles cum immitti illa & rigida nutrice ita expo-
stularūt, quę vix nos in luminis auras edidit, Exs. 13
quoniam statim in ærumnarum calamitatimque
pelagus demergat, nullaque data quiete sta-
tim ad tumulum violenter etiam inuitos ra-
piat. Nulli eam melius aut aptius comparare
queam, q; matri Mosis, quę filium iam tri-
bus menib; seruatū, regis tandem iussis ob-
secuta, fiscellę scirpez bitumine ac pice illatę,
impositum in profluentem, om̄ne maternū
affectionē exuens, deiicit: Natura ad hui⁹ imita-
tionem, plena crudelitatis nos vix natos fu-
erit. vita huius imponit, ē quibus nunquā,
nisi cum ad mortem tendimus egredi licet.

Imitarunt ipsa quoq; crudelē illum Phas. Exs. 13
raonem regem Ægypti, qui omnes masculos
Iſraelitarum iam recens natos occidi iussit,
filias vero vivere permisit. Æmulatur inquā
eum hoc in genere crudelis illa & inhumana
regina, ne dicamus tyranna, dum homines iam
iam natos ad mortē cogit, bestiis vero, quas
filiabus assimilo, longa vitæ tempora conce-
dit. Adeo ut dicere verbo licet, vitæ nostræ
breuissimam, imo merū nihil ac velut fumū
esse,

esse. Vnde bene mihi medicorū filii in principio præceptorum suorum scripsisse videntur, *Ars longa, vita brevis*. Aristoteles animalia ^{15 de} ¹⁹ culum quoddam esse assert, cui nomē Ephemerum, platinē diarium reddas quadrupes & quaternas alas habens, reptile simul & volucrē, quod mane quidem nascatur, meridiē sole splendente perfectum sit, sole vero occidente simul occidat, & emoriatur. Vbinam tam mysticū animal reperisti ḥ Philosophē? quod ad viuum humanam vitam exprimat, quæ saepe vita huius animalculi diurnior non est. Extenditur hæc interdum vix in annum, aliquando vix ad mensim, aliquando diaria est. Esse nostrum habere incipimus in aurora infantiz, in meridiē, in virili nempe ætate, perfecti sumus & ad vesperam in senectute emorimur. Docuit hoc me vates regi⁹, dum canit: *Mane sicut herba transireat, mane floreat & transeat: vespere decidat, induret & areat*. Similis quippe ḥ humana vita roris, quæ in spinis excrescentes mane nascuntur, & nitent, meridiē languent, ac vespere decidunt: tenebris namq; in miseriis & ærumnis, egrederis in aurora iuuentutis, flores & viges in ætate virili, & ad senectutis vesperam euā nescis & petis.

Ephemerus es igitur ḥ homo, ac vita tua non nisi vnius diei: nō est quod tibi amplius annos pollicearis. Nestoriū terminus enim vita tuæ vnuſ tantū est dies. Vnde Ezechias ^{Rex, De manu usq; ad vespfer am finies me, qua si diceret. Quænam hæc vita est, Domine?} lib. 5. anne vere vita poterit nominari? sed hinc diccas oportet, ḥ Rex, vitam tuam nō nisi vnius diei es. Et quemadmodum, qui in carcere conieci sunt, numquam diem integrū, post datam sententiam in carcere agunt: ita nemo mortalium, vt bene Iustinus Martyr, & Ireneaus obseruarunt, vnuſquam integrum diem, secundum Dei calendarium suppeditādo, post mortis sententiam aduersus primum parentem Adam latam, viuere potuit, mille namq; anni, teste S. scriptura, tanquam dies hesterna quæ praterit. Nemo enim vnuſ ad mille annos peruenit. Adam prius mortuus est, quam ad finem illius diei peruenire potuerit (vixit enim tantum nongentos triginta annos:) alii quidem cum prætergessi sunt, vt

Mathusalem, sed tamen non nisi nongentos sexaginta nouem in hoc mundo egit: adeo ut vere dicere possimus, hanc vitam ne integrum quidem diem durare posse.

Aristoteles lib. 1 Physic. quam Averroes, Iamblichus, ac D. Thomas sequuntur, temporis naturam inuestigans partes examinās, post multa in vtramq; partem allata, tandem in eo cum ceteris cōuenit, aliud nihil ipsum cōceptus, esse quam imaginarium quid, quod mente tantum & cogitatione comprehendatur: cū enim tribus constet membris, quæ reuera nihil sunt, præterito nūtritum, præsenti, ac futuro, nihil aliud ipsum, quam phantasma quoddam ex trib. compactum membris, esse iudicabāt: ipsum, n. tempus præteritū transit, & non est amplius futurum instat, & nondū adest: præsens punctū est, ac vix nihil, semper enim efflit, & nunquam in codem statu permanet. Quanto hoc melius de vita nostra dici posset: quæ nihil aliud quā phantasma quoddam, è tribus instantibus & momentis copulatum, quæ in momento & iectu oculi transeunt. Præteritum quippe non est amplius, futurum nondum est, præsens præter momentum nihil est, omniaque in momento prætereunt & abeunt.

Ira porro sanctissimi viri ac Prophetæ, David & Job de hac vita, ipsi quoque viuentes, Philosophati sunt; vnuſ eam vmbra, alter fumo comparat: quorū vestigiis insistens Salomon, eam nihil esse aliud ait, quam inanem vmbra transitum: Iacobus vero Apostolus vaporī ad modicum apparenti assimilauit. Sed diutius æquo huic exordio de vita breuitate agentes, immorati sumus, cū breuiores hic tuisse oportuerit. Eius autem rei egregium & viuum nobis exemplum Evangelium hodiernum proponit, iuuenem scilicet honesto loco natum, atque illustribus progenitorib[us] parentibus, ætatis suæ yigesimo aut vicequinto anno, vita defunctum, iam in quadriguana sepultura fōtentē, ac vasto lapide obseruatū. Historiam prosequitur S. Ioannes his verbis: *Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Marib[us] & Magdalena, &c. Autem omnia de Lazaro, deinde de eius resurrectione agemus. atq; ex his duobus eximium hoc saluatoris miraculū eliciemus.*

Quod

Auer. 4.
Phys. Iam.

Ibid. q. 17.

Egregius

cōceptus,

esse quam

imaginarium

quid,

quod mente

tantum

& cogitatione

comprehendatur:

cū

enim

tribus

constet

membris,

quæ

revera

nihil

sunt,

præterito

nūtritum,

præsenti,

ac fu-

turo,

nihil

aliud

ipsum,

quam

phantasma

quoddam

ex trib.

compactum

membris,

esse

iudicabāt:

ipsum, n.

tempus

præteritū

transit,

&

non

est

amplius,

futurum

nondum

est,

præsens

præ-

ter

momentum

nihil

est,

omniaque

mo-

mento

præ-

tereunt

&

abeunt.

Psal. 108.

Job. 8.

Sap. 2.

Iacob. 4.

CONCEPTVS THEOLOGICI

442

III.

Quod ad primum, refert S. Ioannes, huius miraculi praeco, in Bethaniæ castello, quod haud procul Ierosolymis aberat, nobilē quēdam, Lazarum nomine, Martha & Magdalena adeo in Euangeliis deprædicataū, fratreū habitasse: qui cum in grauem & gemitum incidisset, sorores commiseratione & affectu tum naturali, tum fraterno commotæ, Christum summum illum medicum certiorē reddiderunt, vt frater suiq; ambarum miseretur, dicentes: *Domine, ecce quē amas infirmatur.* Non miserunt consulere oraculū Beelzebub Dei Accaronitatum, vt olim Ochosias Rex; sed coasuluere Christum Dominū. Ipsum namq; sciebant summum illum medicū, qui tot iam infirmitates & morbos per Iudeorū regionem curauerat; qui Hæmorrhioſam duodecim annos sanguinis profluui laborantem, sanauerat; qui paralyticō, triginta octo annos, ad piscinam aquæ motum exspectanti, sanitatem reddiderat: qui seruo Centurionis paralysi distento membrorum vsum restituerat: qui socrum Petri magnis febribus laborantem, abiisdem liberauerat. Sed altius illæ rem repetiuerere, & ab ultima memoria exemplum haſtare; sciebat sc. esse eum ipsum, qui Ezechiam Regem, de cuius vita medici desperauerant, sanitati restauerat: atq; hinc, non dico spem, sed firmā & indubitateā fiduciam, sanitatis recuperandæ conceperet, dicentes: *Domine, ecce quē amas infirmatur.* Breuis hæc & curta oratio est, sed fide ac spe plena. Orant illæ, vt Iacob. Apostolus orandum monuit, *Pestula in fide nihil habitas.* Deinde iam longo vſu, & familiari eius confuetudine perfectum habebat, eum benignitas ac misericordia fontem esse: didicerant quoque à Psalmista: *Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quarenes te.*

Dicere olim solebat Demetrius Phalerus, *Amicos in rebus latè adesse debere vocatos, at in aduersis non vocatos.* Hinc germanæ illæ tantum aiunt, Domine hic de vita agitur eius quem vnicē diligis, ac summo amore complectaris: nihil addunt amplius, nihil postulant aut decernunt aliud: sciunt Deum nobile omnia, ac semper nobis quæ necessaria sunt abunde & libenter elargiri.

4. Reg. 1.

Matt. 9.

Ioan. 5.

Matt. 8.

4. Reg. 20.

Iacob. 2.

Psal. 9.

Demetrii
Phaleri
Dictum.

Plato, eumq; secutus D. Thomastradū, Confusum Lacedæmonios nihil aliud à Diis postulare do Lacedæmonios, quam vt quæ utilia reip. viderentur, moniti darent, cætera Deorum arbitrio relinquendo, in oratione Idipsum hoc loco & sorores haꝝ prestitis deo dis. videntur, dicentes: *Ecce quē amas infirmatur.*

Quid dicitis pia sorores? si frater vester à Deo diligitur, quomodo morbo diuexatur? quis credit Deum tribulationib. & calamitatibus probare eos, quos habet charissimos: Mout hanc olim questionem fortissimum ille populi Israelicī dux Gedeon, cum enim ab Angelo salutaretur: *Dominus tecum viro. Iud. 6. rum fortissime.* statim hanc ei questionem proposuit: *Si Dominus nobiscum, quomodo tan- ta mala patimur?* Idem inter Iob, ciusq; amicos olim disceptatum fuit, qui asterebantius nullas à Deo calamitates & afflictiones immiti possent. Quid & Sampsonis vxor Dalila de mariti in sece affectu expostulans, ait: *Quomodo dicas quod amas me, cum animus tuus Iud. 16. non sit meum.* Idem omnino hæc sorores, licet recte innuere voluisse videntur, *Ecce quē amas, infirmatur:* quasi dicere voluisse, *Quomodo te erga fratrem nostrum affici dicis, Domine, ciusque commodis studere,* cum tam graui eum morbo cruciati patiaris? æger enim decumbit, & usque ad mortem decumbit.

Sapienter, meo quidem iudicio ò Martha, Dilectos tuos: ò Magdalena, locutæ estis, ac bene fun suos vestros data vestra est oratio: solet enim Deus quos rimū diligit, castigare, eosq; plus cæteris, tribulationibus & afflictionibus premere: ita namq; mirabiles Deus cum dilectis suis agit, vt Angelus olim visitat, cum Iacob Patriarcha: cum enim Angelus integræ nocte cum eo luctatus fuisset, abiens eum in femoris neruo percussit, qui deinde emarcuit, mox benedictionem suam ei elagitus. Deus quoq; post diutinam amicitiam & usum, amicos tandem castigar, tribulacionumq; ictum iis infligens, in mundi prosperitate eos claudos reddit; sed inde euocatos benedictionibus cumulare consuevit.

Quod olim Deus cum Hebreis in captivitate Ægyptia derentis, & eadē iamiam liberandis; id plerumq; cum amicis, electis, & prædestinatis agere consuevit, quos è mundi captiuitate educere conatur: diabolus illis,

Allegoria

Ebd. 6. illis, loco Pharaonis est, mundus Ægypti: carceris, tentationes, afflictionum; & ut eos inde eripiat, per iubrum tribulationum mare eos educit.

Ebd. 7. & 14. Cælum igitur in caput iustorum aduersitates & afflictiones effundit, vt eos è mundo educat; quibus si carerent, longior em in eo morari traherent. Augustinus Israelitas admiratus, cur in Ægyptum, in qua tot laborib. & afflictionibus olim tam diu exerciti erant, reuerti maluerint, quam in deserto Angelorum esca enutri, exclamat: *Quid ferissem: si immixta prospera illis fuissent in Ægypto, cum etiam ita flagellati in eam medin via redire vellent ita quoq; mihi dicere licet Augistine. Quid non mundi amatores facerent, quis eos educere posset, si læta semper aura afflaret, cum vix tor pressi calamitatibus, tot ær umbris gravati, inde queant educi?*

Gin. 26. Monebant olim Angeli Loth, vt se se Sodoma eriperet, quæ iam iani igne consumeda, ac fulmine su. phureoq; imbre esset euentata: & tamen bene monentibus credere nolens, violenter quodammodo ciectus est, *Coegerunt eum exire: quis igitur eum educere potuisset, si Angeli omnia læta, & vrbis prosperitatem denuntiassem. Si tribulationum multitudo, cogit te mundi Sodoma exire, ô homo, vt te à diuinæ iustitiae fulmine rœatis, quis alioquin te eripiat? si omnia tibi ad votum fuerent & ad voluntatem omnia cederent, quis te respicere ac retrogredi cogere? Quamdiu Laban benignum le ac mitem Iacobo demostrabat, nunquam ille de eo relinquendo cogitabat; sed statim vt frontem nubilam ac rugosam, superciliosa erecta, oculos liuidos rotunq; vultum ei subiratum ostendit, domum paternam cogitauit, ac de reditu in patria agere cœpit, subirati hominis vultum sustinere drectans. Id ipsum & hominib. huius mundi accidit: quamdiu n. vetus ille idololatra Laban, mundus, in qua benigne arridet & fauet, quamdiu filias suas, id est, voluptates, in matrimonium se datum spōdet, quamdiu omnia ad vorū fluunt;*

Quamdiu cœlo, vbi illorum patria est, ne minima mēmūdus aratio est. Sed statim vt eum proprius intuentur, id est, nul. ac vultum eius in diversa mutata agnoscūt,

Tom. I. Bessai Quadrat.

benignitatemq; illam in crudelitatem conlade eos uersam, prospera in aduersa, affectus in persecutions, & plurimas tribulationes, ingruit mentio ere; tum demum de reditu in patriam cogitare incipiunt, tum illis cælum in mente venit, ac scle de mundo proripere gestiuit.

Tradunt rerum naturalium scriptores, Cœcentus Draconem dextram manu captum, sequi sole, ac refractarum esse, sed lîmpia apprehensum, ducentem sequi: huic similes esse censes mundanos: in prosperitate enim, quam per manū dextram intelligimus, superbiant, ac cælo eos ad se trahere conanti & vocitanti resistunt; sed cum tristior fortuna acciderit, & angustiar animi ingruunt, statim vocati obsequuntur. Huc relisperisse vitus est David, cum ait: *Cadent à latere tuo mille, & erit psal. 90. millia à dextrâ tuis: ac si dicere: Si infirmitates & afflictiones Domine, qua per sinistram significantur homines deiiciunt ac prosterunt: prosperitates sane, quæ interdum accidunt, decem millia fundunt, decem millia proficiunt. Vnde euidenter appetat Dominus, nihil à te electis tuis melius aut salutarius quam afflictiones dari posse, vt Lazaro amico tuo integrissimo quemq; ita diligebas, etiam immisisti.*

Iam ad reliquum historiæ progrediamur, Christus igitur de Lazari infirmitate factus certior, in Iudeam properat, cui sorores dolore ac tristitia confectæ mortemque fratri deplorantes obuiam procedunt. Progreditur primo Martha, & his Dominum verbis compellavit: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Vbinam hæsisti Domine, cur tam procul a domo nostra abfuisti: te, cum maxime necesse foret, caruimus: tristem esse casum Domine, quem sine lachrymis explicare nequeo, fratrem nostrum Lazarum abstulit atra dies, & funerem messe accebo: Lazarus esse dedit, qui totus erat uus, quemq; uice diligebas. Iam quatriduo sepulus est: ô amaram & lugubrem mortem, sane si hic adfuisses, tristis ille casus nunquam accidisset.*

Illinc vero Magdalena confecta tristitia, ac vocem intercludentibus lachrymis se ad Domini pedes prosteruit, quodque lingua proferre nequit, lachrymis cuincere se posse

esperat. Qui fieri dicam Magdalens, ut toties
Domini pedibus aduoluari? Meminerat,
Auditores, hic sele resurrectione animæ im-
petratisse, ideo fratris sui resurrectionem ibi-
dem seleimperaturā sperat. Meminerat Su-
namitidem ad Prophetā olim pedes prostra-
tum, filo vitam obtinuisse, se vero ad pedes
Iesu Christi prostratam, vitā charissimi fra-
tris obtinere posse. Didicerat quippe ē Psal-
mis Davidicis, *Adoremus & procedamus ante
Deum, ploramus coram Domino.*

Luc. 3.
4. Reg. 4.

4. Reg. 4.

Psal 94.

A. REG. S.

Figur2.

Sperat. Qui fieri dicam Magdalens, ut toties
Domini pedibus aduoluatis? Meminerat,
Auditores, hic se se resurrectione anima impetrasset, ideo fratris sui resurrectionem ibi-
dem se se imperaturam sperat. Meminerat Su-
namitidem ad Prophetam olim pedes prostra-
tam, filo vitam obtinuisse, se vero ad pedes
Iesu Christi prostratum, vita charissimi fra-
tris obtinere posse. Didicerat quippe et Psal-
mis Davidicis, Adoramus & procedamus ante
Deum, ploramus coram Domino.

Redemptor vero noster vnde se impet-
ritum precibus, & obsecratione ardenti pres-
sum videns, hinc scilicet Marthae lamentis &
Mariae lachrymis, illinc vero Lazarai amore
ad sepulchrum accedit, & nos simul ad alterum
concionis membrum, in quo ubi Lazarum
fuerit, grandi coopertum marmore
pedes manusque, vinclum, reperit (quem an-
te ostium solitatem, integrum, valentem,
& in columnam viderat) lachrymas praingentis
animi affectu tenere non potuit, sed lachry-
matus est Iesus. Domine Iesu Christe quid
ploras? vnde haec lachryma? anne forsitan &
diffidas Lazarum ad vitam redire posse? as-
vere quod eum defunctum video: Nequaquam Domine, nequaquam; non illa lachry-
mata tuarum causa scio namque te uno ver-
bulo vniuersam hanc mundi machinam è ni-
hilo produxisse & longe tibi facilius esse mor-
is portas reserare miseroque Lazaro vitam
reddere. Noni adhaec, Domine, & docuit me
Anna prophetissa, te illum esse qui deducis ad
inferos, & reducis. Vnde igitur hic lachryma-
rum imber? quæ tantorum suspitorum cla-
morumque causa? Vnica peccatio in quo pec-
cator tam securus agit, consideratio, ho-
geimus, haec suspiratio, singultus hos, & lachry-
mas crient cuius imaginem ad viuum in
Lazaro hoc expressam videt. Haec causa & ra-
tio est, cur hodie lachrymatus aeremque clau-
moribus impluerit, atque in o pectore traxe-

David Rex morte dilectissimi sui Iosaphat 2.14.
audita, totus in fletum resolutebatur. Christus vero rex cognito amicorum suorum pri-
mum Lazarum ad patres abiisse, videnterque
eum in sepulchro iam conditum, ybertim
fleuit.

Contemplamini igitur hic veram illum
Iosephum, qui dominatur in tota terra Æ-
gypti, super colla fratrum procumbendo la-
chrymantem: ô vere diuinas lachrymas, ô la-
chrymas sublimè mysterium spirantes! Tres Matt.
Lxx.
quidem mortuos Dominus ad vitam reuo-
cauit, filiam sc. Archifynagogi, filium viduæ
in suburbis Naim, & hodie hunc Lazarum:
at nusquam lachrymasset, nisi hodie, legitur.
Hilic præter ipsum miraculum nihil est, quod
admirationem mereatur, nō sunt lachrymæ,
neue alias cæremonia: hic vero scateni. Si
quis enucleatus rem indagare velet, poterit
per tres hosce mortuos tria peccari genera
intelligere, originale scilicet, veniale &
ætuale: vel peccata operis, oris, & cordis Re-
fuscatio filiæ Archifynagogi, in domo facta
cogitationem denotat qua nondum animæ
fores exiuit Filius viduæ ad portam ciuitati-
tis. Nam resuscitatus, verba significat, que
iam in ore, quod animæ porta est, versantur:
& quemadmodum eterque facili negotio ad
vitam reuocatur; ita quoq; vtraque illa pec-
cata facile à Deo remittuntur. At per Laz-
arum, qui iam quatriduanus est, qui iam in
tumulo fortensi acer, & in cuius refuscatio-
ne Dominus ita sudat, peccatum opere ipso
completum; quod iam inueteratum, iam in
sepulchro prauæ consuetudinis conditum est,
designatur. Hem quanta in huiusmodi re-
surrectione difficultas! Hic opus, hic labor
est, hic necesse est Iesum lachrymari, & ino-
de pectori trahere singultus, altæ; vocem
claimare Lazare ven foras.

Certissimum deinde est, omnia facilissime 18.
peccata remitti, præter id quod iam consue- Inuenit
tudine inoleuit, inualuit, animoq; iam vsu tumam
ipso instrum quodammodo est, & in tumulo vsp. pec- diaturæ consuetudinis cōditum quod dīf. carum di-
fīcile admodum elicitur. Hinc duæ illæ soro. sculpi-
res fratrem iam abhinc quadriduo in sepul modum
chro positum, ac semiputridum ad vitam re. reminisci-
uocari posse nunquam credere potuerunt.

2. Rg. 3. Allegoria. *Luc. 14.* *Marc. 16.* Duo quoque illi viatores, qui in Emmaus proficiscicebantur, identes iam tres dies effluxisse, ex quo Dominus in sepulchro conditus erat, omnem spem eum rediuuum viuendi amiserant. Tres etiam illae Mariae nunquam eum vias fuisse putabant, aut eum monumento exire posse; nisi ingens ille lapis primum ab officio monumenti esset reuolutus: Hinc dixere in iauicem: *Quis reuoluet nobis lapidem?* His omnibus edocemur, quam difficile resurrectio spiritualis, peccatoris scilicet, cui ingens pravae consuetudinis saxum incumbit, vel qui iam non dicam triduo, sed triennio in peccatorum tumulo iacet, iustificatio contingit. Difficilis tua resuscitatio fuit quadriduine Lazare, ac multo sane difficilior tua peccato quadriennio mortue, tua inquam iustificatio.

Gen. 45. *Matt. 1.* *Lebz. 2.* Ingens profecto miraculum fuit, post triduum Ionom de profundo pelagi emergentem, ac de veste ceti prodeuntem intueri. At longe maius miraculum est post triennium, peccatorem affirmatum, & obstinatum, à centro inferni prodeuntem, videre, & eum è peccati ventre per ceterum designati prodire, & ad solem gratiae reuerti.

Tertius. Christus tempore passionis Patrem tertio oravit antequam discipulos sopore gravatos excitare potuerit. O peccatores, qui in peccatis vestris sepulti iacetis, quoties vos caelestis ille spiritus visiter necesse est, quot ille vobis inspirationes deberingeret, quot miraculis opus est antequam resipiscatis? Et sane secundum Arist. consuetudo est altera natura.

Eier. 13. *IV.* *Inuentum.* *Libr. 3. de paenitentia.* *Magna vis conuentu-* *dinis.* Quam licet expellat furca, tamen usque recurret. ut ait Horat. *Nunquid enim Aethiops poterit mutare pellem suam, & pardus varietates suas?* dicit Propheta. *Quin potius, o vates aie;* Nunquid potest peccator usi consuertere? inueteratum aliquod peccatum elueret? Vere igitur difficile fuit Lazarum ad vitam reuocare.

Mirus est, inquit Chrys. quantum in vtramq; partem possit conseruudo: filii Israel licet suauissimo manna in deserto pasceretur, semper tamen ad allia & cepas Aegyptias aspergunt, quoniam illis in Aegypto affuerant. Referunt Platонem Philosophum, licer

vnum nec plures in mundo Deos esse credere, sciretq; reliquos, innumerous Deos statuendo, turpiter labi, nunquam publicis conuentibus in quibus Deorum illorum festa & solemnitates agebantur, abstinuisse, sed iis sepe quo nā ita assiduebat, interfuisse. Tradit etiam Plutarchus magnum Macedonum regem Alexand. vniuersum licet orbem sub imperium redegerat, nunquam tamen consuetudinem, aut prauos, quos à Leonida magistro imbibera, mores, deponere & exuere potuisse. Sed vide te preter hac omnia Lazarum quatri duo tantum mortuum, ad vitam non nisi magna labore posse reuocari, & non nisi clamante & lachrymante Christo.

Et infremuit, & clamauit voce magna. Nō Duo cōcēne sufficiebat Domine fleuisse, opusne adhuc erat ut infiemeres, & voce magna clatura promares? Audite mihi vocem video responderem, ut hinc infelix peccator discas quā Richard. difficulti negotio è peccatis resusciteris, id est, de S. Victor. quam difficulter resipiscas. Solet Leo ut naturalium rerum scriptores tradunt, catulos quos mortuos patit, rugitu ad vitam reuocare. Hic porro Leonem de tribu Iuda audias frementem & rugientem & clamore valido reboantem, ut catulus suo Lazaro mortuo, vitam restituat.

Referunt iidem ceruas factus suos non nisi cælo tonante edere; hic vero terra & sepulchrum instar ceruæ ad vocis Christi tonitru Lazarum è ventre rediuuum proferunt, sollemq; faciant intueri. Huc respexit nimis Apostolus cum ait: *Cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuocentia, & consummatus factus est & omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeterna.*

At o dulcissime Iesu, equidē oculos lachry Alius commis suffusus, ad lachrymas tuas venio, tecum ceptus à ploro ploras Heraclite; reuocant enim mihi natura pe illa in memoriam, quod Solinus scribit, esse titus,

scilicet fontem, extintas qui faces reaccendat. Oculos tuos: Domine, tales esse fontes, cor non licet dicere, quæ aquis suis, lachrymis nimis, facib. extinctis amissum lumē reddant, excitant enim mortuos, & Lazarum hodie ad vitam reuocabunt Heu! quam frequenter te lachrymatem benignissime redēptor intueor: neq; enim hic primū est, quod

Mat. 4.

fleueris. Vidi namq; te alias super ciuitate Ierusalem, eius excidium presagiendo fleuisse. Vidi te ab hinc duobus annis in deserto quadriginta diebus ac noctibus quotidie lachrymas fundentem. O igitur vere sanctas ac diuinis lachrymas; magni reuera amoris characteres! Id namq; hinc Iudei colligunt dicentes: *Ecce quomodo diligebat eum!* Dicitis quidem, Philosophi, voces signa esse conceptuum: ego vero lachrymas argumentum esse amoris: Vnde Tullius: *Fideles testes amoris cordis lachryma sunt.*

De amici-
tia.

An re igitur Lazare, vos inquam peccatores, lachrymæ illæ, fremitus illi ac clamores non excitabunt? *Lazare veniforas.* Quid? ò peccator, in Sodomam sulphureos imbræ ac fulgura Deus eiaculatur, grandine in Ægyptios emittrit, in Babylonios fulmina euibrat, super te vero non nisi lachrymatur. O ingens amoris signum! deplorat exitium ac perditionem, animæq; tuę ruinam Deus, tu vero ne minimam lachrymulam emittes? *Veni foras.* Respice obsecro miserum hunc Lazarum, in eumq; oculos coniice, & cogita animam tuam, cum in peccato agit, deterio-ri in loco versari. Heu miser peccator, si calamitates, si miseria, in quas peccatum te co-icxit, perspiceret, non sufficerent tibi credo

Ezech. 18:

lachrymæ, ad calamitatem deplorandum. Omnium enim quæ haec tenus collegisti meritorum iacturam pateris, omnemq; priorem iustitiam amitis, omnes merces spirituales vnioco momento in mare deicis. Vnde Eze- chiel: *Omnis iustitia eius non recordabuntur amplius.* Omniū quoq; gratiarū donorumq; cælestium influxus evanuit, quin & Deum ipsum perdidisti. An non sanguineis, si fieri posset, lachrymis hæc ruina, vastitas hæc & excidium deplorandum fore? an non hic dicere licet? Fuerunt mihi lachrymae pa-nes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus? Surge igitur Lazare, *Veni foras,* exi sepulchro, egredere è putredine & ver- mibus, rumpe nexus ac vineula, & dicio- cum Davide iam ab adulterii morte susci- to: *Dirupisti vincula mea, ibi sacrificabo ho-ustum laudis.*

Psal. 41.

Eia igitur Domine miseras animas no- stras in peccatis iam sepultas, iam soarentes,

iamque putridas & consumptas exsuscita. Putruerū enim & corrupta sunt cibæ tristis à facie insipientia mea, neque enim illæ ab hinc quatriuo sepulta sunt, sed tot mensis, torque anni elapsi sunt, ex quo in peccato- rum suorum sepulchro lateant & putrefcant. Earum imaginem in Lazarō, Domine, ex- pressam video: iis namque sepulchri loco, peccatum est: faxi-pertinacia & affirmatio: prauaq; consuetudo, loco vinculorum. Ac- cede igitur tu Thaumaturge, miraculoru- trator, ac miseros hosce Lazaros exsulca. Duæ ecce sorores eius, Ecclesia triumphans & militans, te obsecrant & orant quam pos- sunt maxime, huic quippe typū gerit Mar- tha, illius vero Magdalena. Aperias igitur Domine hæc sepulchra, reuolue ingentia hæc faxa, dissolute vincula captiuitatis no- stræ: cumque nos in plenam libertatem re- stitueris, vitamque gratia tua reddideris tibi Psal. 111. *sacrificabo hostiam laudis:* corpora quidem, quæ hoc in mundo obsequium exhibeant; animas vero, quæ te in altero laudent & glo- rificant, Amen.

SABBATO POST DOMIN.

IV. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

I. Encomium solis.

II. De luce.

III. De proprietatibus lucis.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ioan. 9.

FIGVRÆ.

Promisit olim Deus virtute omnipotens, Malak. 4. tempore æternus, essentia incompre- hensibilis, & omnibus in rebus infinitus, emissiū fæse aliquando solem iustitiae, qui in terris illucreret, mundum illuminaret, & tenebras ab uno mundi cardine ad alterum usque disperleret. Cum oculos in hodiernum Euangelium conicio, lucidum illum solem mihi videor intueri, qui splendore suo